



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

3. Maji. Præstat beatitudinis incertum vivere, & Deo interim, ac
proximorum saluti servire, quàm certum ejusdem gloriæ statim mori. S.
Ignat. apud Biderm. l. 2. c. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

omnes capiunt verbum istud. Delicatas requirit aures, in sibilo auræ tenuis sua sensa revelat : vox tenuis à passionum tumultu facilè discutitur, ideo egemus interprete.

Cum simplicibus sermocinatio ejus. Qui ambulant in mirabilibus supra se, non sperent ejus alloquium. Revelat ea parvulis, quæ occulit arrogantibus.

3. Maji.

Præstat beatitudinis incertum vivere, & Deo interim, ac proximorum saluti servire, quàm certum ejusdem gloriæ statim mori. S. Ignat. apud Biderm. l. 2. c. 3.

H Actenus Dei fruitione meliùs nescis vitæ ascensis, nunc hac ipsâ sublimiùs didicit aliquid : Deo, & proximo servire. Amare quidem Deum, eoque frui, nobis dulciùs, propter illum laborare, illi gratiùs est.

Qui sic amat periculum, procul sit à periculo; periculum enim non temerè, sed Dei causâ qui subit, majus à Deo auxilium, geminatâque gratiam refert, quâ protectus, quod metuat, non habet.

Hoc est sincerissimè Deum amare, qui amare solus renuit, nisi à pluribus ametur.

Ut ignis sociatus ignibus urit intimiùs, & spectabiliùs lucet; sic amantium multitudi auget amorem, & meritum multiplicat.

Omne bonum communicivum est sui, maximè verò æternum; hoc sibi cui aliis commune facere, est sua in cælo gloria multiplicare. Quanta solatii æterni spes, plurimos conatu suo cælo intulisse.

4. Maji.

In rebus humanis minùs accuratè versari jure forsàn ignoverit quispiam, at in mortali Deo servire negligenter, id verò nullo pacto ferendum est. S. Ignat. apud Mass. l. 2. c. 3.

Bonum, nisi bene fiat, boni nomen amittit & pretium; Majestatis immensa non tam cultorem, quàm irrisorem ostendit, qui opera ei propria, vel ejus causa suscepta obiter facit. Principes sæculi quàm reverenter sibi serviri exigunt?

Maximus rerum etiam optimarum hostis & corruptor est, longus usus. Quod sæpe fit, abit in consuetudinem; hæc societas trahit negligentiam. Præstat rem sanctam intermittere, quàm non sanctè tractare.

Quantùm perdimus negligentia! quàm